

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

34. Aaron

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

34.

## AARON.

Aaron frater Moſis, propter eloquentiam, os fratris balbutientis dictus, coram Pharaone prima edidit prodigia. Moſe abſente & loquente cum Deo, vitulum conflat & erigit aureum, populi clamoribus adactus: eam ob cauſſam exſtinctus fuiſſet a Deo, niſi fratre deprecante, gravem evaſiſſet interitum. Sacerdotium perpetuum cum ſua progenie obtinet: & factione arrogante atque inimica prodigioſe deleta, & virga ſive pinea ſive amygdalina ſicca, florem nuceſque emittente, Dei teſtimonio confirmatur: ornatu etiam Sacerdotis inſigni, quo pulchrior in nulla uſquam gente fuit, decoratus eſt. Fratri ſuo adverſatur aliquoties, filioſque ſibi viciffim habuit adverſantes. Terram Chananaeorum & ipſe vidit e monte Hore;

ſed

ſed in  
centum  
menſe

35. P

Pop  
duci ſu  
propte  
tas æru  
ramen  
miſeric  
daret,  
ut fan  
eum ſ  
leret,  
ta alui  
manan  
derez  
bus, ſ  
ravit.  
trita  
gnant

sed in itinere moritur, natus annos  
centum & viginti tres: lugetur toto  
mense a multitudine uniuersa.

### 35. POPVLVS IN DE- SERTO.

Populus in deserto pregrinatus,  
duci suo sæpissime fit contumax,  
propter impatientiam: ideo in mul-  
tas ærumnas vicio suo incidit. Deum  
tamen nunquam non præsentem &  
misericordem sentit; qui ut sitim se-  
daret, e fontibus amaris dulces fecit:  
ut famem reprimeret, coturnicibus  
eum satiavit: ut querelæ causam tol-  
leret, pane coelesti annis quadragin-  
ta aluit, & aquis e saxo percusso de-  
manantibus refecit: ut morbo me-  
deretur tristi, sævientibus serpenti-  
bus, solo aspectu simulacri erecti cu-  
ravit. Vestes ambulantium non de-  
tritæ, calcei rupti non sunt. Pu-  
gnantibus contra se Amalekitis vincit

f 4

Mosis